IVS REGNI NEAPOLITANI,

EX CONSTITVTIONIBVS, CAPITVLIS, RITIBVS,
Pragmaticis, Neapolitanorum Priuilegijs, tùm impreſſis, tùm etiam
non adhuc typis traditis deſumptum.

CAROLO TAPIA I.C. REGIOQVE
IN SVPREMO NEAPOLITANO SENATV
CONSILIARIO COMPILATORE.

In qua totius Regni Leges, quæ diuerſis in libris legebantur, nunc in unum collectæ, et expurgatæ ſub titulis congruo loco ſituatæ commodius reperiri, ac legi poſſunt.

Cum gloſſis Marini Caram., Andreæ Iſernienſis, Bartholomæi de Capua, Lucæ de Penna, Sebaſtiani Napodani, Ioannis Antonij de Nigris, & aliorum.

Quibus acceſſerunt perpolitæ, ac elegantes eiuſdem CAROLI TAPIAE Annotationes in quibus quidquid tàm à Doctoribus Regnicolis, quàm exteris ſcriptum eſt, quidquid etiam deciſum in Sac. Conſ. vel ab Illuſtribus collectoribus traditum, vel ab ipſo compilatore collectum, quod explanationi dictorum iurium conferat videri poteſt.

Addidit idem compilator ad cuiuſlibet Tituli Initium Rubricas concordantes ex Canonico, Ciuili, Hiſpanorum, Gallorum, aliorumq; populorum iuribus, & ad ipſas leges Regni etiam iſtorum populorum concordantes leges.

CVM PRIVILEGIO.

Este libro envio a la Universidad
Carlos de tapia marques de
belmonte Regente de el Con-
sejo de italia. a 24
deziembre de 629
mando el claustro
ponerle en la libreria

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

NEAPOLI, Ex Typographia Io. Iacobi Carlini, & Conſtantini Vitali. M. DC. VIII.

IVS REGNI NEAPOLITANI EX CONSTITVTIONIBVS, CAPITVLIS, RITIBVS, PRAGMATICIS, ATQVE PRIVILEGIIS NEAPOLITANORVM COLLECTVM.

CAROLO TAPIA I.C. AC REGIO CONSILIARIO COMPILATORE CVM GLOSSIS PLVRIMORVM GRAVISSIMORVM DOCTORVM, ET EIVSDEM AVTHORIS.

De nouo Philippi Codice componendo. *Titulus Primus.*

1 ADDITIO. Imperator. *Adde quare ita vocatur, vide glo. & ibi Bart. in proœ. ff.* Nicolaus Superantius, Patricius Venetus, Miles Hieroſolymitanus, & vtriuſque Iuris Doctor.

2 ADDITIO. Semper Auguſtus. *Adde glo. in proœ. ff. Veteris, & in proœ. Inſtitutionum, & Abb. in proœ. Greg. in 3. col. ver. Imperator. & glo. in l. diui Conſtantini. C. de natu. li. quam ſequitur Sign. de Homod. conſil. 129. incip. imprimis. libri noſtri* Superant.

* ADDITIO. *An regni conſtitutiones extendantur de caſu ad caſum, vel ad ſimilia; & an ſint ſtricti iuris, vide Gram. deciſ. 28. & 47.*

IMPERATOR

Fredericus II. Romanorum Cæſar ſemper Auguſtus,[2] Italicus, Siculus, Hieroſolymitanus, Arelatenſis, fœlix, Victor, ac Triumphator.

LIBER PRIMVS.

Ex ordinatione diuina ad officium Principis ſpectat defendere ſanctam matrem Eccleſiam contra opprimentes eā, atque pacem & iuſtitiam exhibere ſubiectis. hoc dicit. Matthæus.

POST[a] mundi machinā [providentia] diuina formatam[b], & primordialem materiam[c] naturæ melioris officio, in rerum effigies diſtributam, qui facienda præuideat, facta conſiderans, & conſiderata com-

a POSt mundi machinam. Præmittit proœmium, ex quo in vnoquoq; negocio initium ſumitur, vt in Auth. in med. o l. non fieri ſacras for. §. vt autem omnes. col. 8. Et dic machinam, id eſt artificioſam compoſitionem, vel conſtructionem. Nam omne artificioſè factum dicitur machina, vt patet ff. de fundo inſtr. l. quæſitum. §. oſtiarium, & ff. commod. ſi vt certo. §. ſed interdum. verſic. nam & ſi ſeruum tibi lectorem, &c.

b Et primordialem materiam. Quæ rudis, ſcilicet nondum formis impreſſa erat Chaos, id eſt, cōfuſa congeries oīum rerum inuicem commixtarum non habentium diſcretam & propriā formam ſicut poſſet hodie in rebus elementatis exponi, vt, ſi argentum tuum & mei conflaretur, & redigeretur in maſſam, vel ſi de frumento duorum inſeparabiliter commixto cumularetur aceruus, vel quomodocunque aliter res plures eiuſdem vel diuerſi generis confuſæ, ſiue commixtæ inſeparabiliter redigerentur in vnum corpus informe, vt ff. de rei ven. l. 3. §. vlt. & l. idem Pomponius ſcribit, ſi frumentum &c. in princip. & de acq. rer. dom. l. adeo §. cum quis ex aliena. & Inſt. de rer. diuiſ. §. ſi duorum. Et hanc primordialem materiam philoſophi vocauerunt Hylem, quam dicunt eſſe inter aliquid & nihil: Sicut enim nihil audiendo, audimus ſilentium, ſic nihil intelligendo intelligimus Hylem, ſecundum eos. Nos etiam poſſumus adinuenire ſimilia. Nam lex ponit inter nolle & velle medium, ſcilicet non nolle, videlicet, pati [...] Et inter fateri & negare medium, ſcilicet non negare, ſcilicet, tacere, vt ff. de trib. l. 1. §. ſcientiam & de reg. iur. qui tacet.

c Naturæ melioris. Poteſt intelligi aſtiue de natura naturante, id eſt Deo, in quo omnia certa ſunt, ſcilicet tam præterita, quam

ANDRÆÆ DE ISERNIA V. I. MONARCHÆ PEREGRINA LECTVRA SVPER CONSTITVTIONIBVS, ET GLOSSIS REGNI SICILIAE.

POST *mundi machinam, &c.* Ver. a Rege Regum, &c. In gl. vbi legitur, Vnum tamen non omitto, quòd Domini, qui pro temporalibus &c. hic dicitur, quòd iudex ſecularis, & eius brachium inuocatum ab eccleſiaſtico iudice debet præſtare auxilium, per iura allegata hic.

ADDITIO. *Adde l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cler. & in auth. ſi quis litigantium. C. de epiſc. audien.* Superant.

Tunc quæritur, & fuit quæſitum, ſi ſecularis requiſitus † ab eccleſiaſtico ſciat iniuſtum eſſe id, ad quod requiritur exequendum? Vel coram eo opponatur, quòd illud, ſiue ſit ſententia, ſiue proceſſus alius nullus ſit, an debeat parere? Item ſi hoc opponatur coram ſeculari brachio requiſito per eccleſiaſticum, an cognoſcet, & interim non parebit, nec exequetur. Nam quod nullum eſt, etiam ſi ſit iudiciale, non debet execu-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

POST *mundi machinam*. Totum huius conſtitutionis ini-
1 tium † deſumptum eſt ex lib. Geneſ. cap. 10. & ſequentibus de mundi, atq; cœleſtium corporum, nec non hominis creatione pertractatur vſque ad verbum, ne tamen in totum.

Ad imaginem propriam. Homo enim ad imaginem Dei † creatus fuit, vt habetur Geneſ. 1. mulier autem non dicitur ad
2 imaginem Dei facta, vt ait Apoſt. 1. Cor. 11 & Auguſtinus lib. de quæſtio. Ver. & noui teſtam. ex vtroq; mixt. m. relatus. in c. hæc imago 33. q. 5.

Ab Angelis. Propter corporis n. implicationē, homo minor
3 eſt Angelis, † ſicut ſ intellectu illis æqualis eſt, vt in Pſal. 8. explicatione tradunt ſacrarum paginarum interpretes, & præcipuè Euthimius Monachus Doctor Græcus.

Sociam eſt autem vxor viro ſubiecta † certius penè famula, vt inquit, Auguſtinus relatus in c. ſatis 33. q. 5. cum vir ſit 4
mulieris caput, quemadmodū eccleſiæ caput, † Chriſtus eſt, 5
& ſi viro nō eſt ſubiecta, ita erit ſicuti eſſet, † qui Chriſto non 6
eſſet ſubiectus, hæc Hieronymus adductus in c. cum caput eadem cauſa, & quæſtione, hæc quoad obedientiam viro debitā, quod quibus in caſibus verificetur, dicit Tiraquell. de l. cōnubial. prima par. 1. Glo. [...] eoq; † vxor vouere nō poteſt abſq; 7
viri cōſenſu, circa ea tamē, quæ maritale obſequiū impediunt.

 quod

IVRIS REGNI NEAPOLITANI LIBER SECVNDVS.

CAROLO TAPIA REGIO CONSILIARIO COMPILATORE.

De officialibus in Regno conſtituendis, eorumq; creatione Baronibus, & Vniuerſitatibus prohibita. Rubrica j.

QVamuis libri ad librum non ſit neceſſaria continuatio, vt ait gloſ. in rub. ff. de conditione furt. Azeuedo lib. 2. nouæ recollectionis in prin. & doct. in l. 1. ff. de legat. primo, attamen, vbi commodè fieri poteſt, omittenda non erit. Ideoq; dicamus breuiter, ſi dictum eſt in ſuperiori libro de rebus ſacris, inter quas ſunt leges ſacratiſſimæ, nunc de iis, qui debent illas adminiſtrare necessarium erat dicere, cum parum vtiq; eſſet leges condere, ſi magiſtratus non adeſſet, qui illas aptè, prout ſecundum caſum
1 contingentium poſſet. lex enim † inanimata res eſt, eius ſpiritus & anima magiſtratus: quemadmodum enim anima corpus informat, illudq; regit, cogit, & vertit, ita magiſtratus legem extendit, moderatur, atq; declarat, ſecundum tempus, perſonas, & locum. Ideoq; rectè docebat Plat. lib. 6. de legib. *Nemini dubium eſt, quin cum magna res legum latio ſit, ſi quis ciuitati per leges benè paratæ non idoneos magiſtratus conſtituat, quamuis leges benè poſitæ ſint, tamen non modò id nihil proderit, riſumq; mouebit: verùm etiam calamitates maximas ciuitatibus pariet.* Et idem epiſt. 11. ad Leodamandum ait. *Si putaui aliqui legum quarumlibet poſitione ciuitatem bene quamdiu conſiſtere poſſe, niſi ſit aliquis cum authoritate præſidens curator quotidianæ omnium vitæ moderator, adeo vt ſit temperatus, & fortis, tam in ſeruis quàm in liberis, non rectè putant.* & apertiùs Demoſthenes aduerſus Midiam, id nos docuit; *leges autem quæ eſt?* (inquit ipſe) *ſcripta ne, ſi quis affectus iniuria exclamet, vt ipſæ occurrant, & præſentia ſua opitulentur? non: literæ enim ſunt, & ſcriptura conſtant; neq; hoc facere poſſunt, in quibus igitur earum vis eſt? ſi vos eas confirmabitis, & ſemper validas exhibebitis omnibus earum opem implorantibus. ita, & leges per vos firmæ ſunt, & vos per leges.* & Ariſtot. lib. 6. Politic. cap. 8. inquit. *Nam nec eſſe ciuitas poteſt ſine magiſtratibus neceſſariis nec rectè ſine iis qui pertinent ad rectum ordinem, & ornatum adminiſtrari.* Sed ne deſit Chriſtianorum doctorum authoritas, licet hiſce in rebus moralibus ad noſtram confuſionem, & eruditionem ſemper gentilium ſcriptorũ authoritates perquiramus, qui ſupra naturali lumine priuati in tenebris ambulantes inferiori tantum lumine ducti beatæ vitæ præcepta nos docuerunt, quanto id attentiùs, & docere, & ſeruare debeamus, qui diuino illuſtrati Chriſtianæ fidei radio tot etiam ſanctorum inſtructi exemplis, atq; doctrinis non in tenebris, ſed in meridiana, & clariſſima Saluatoris noſtri luce ambulamus, quæ maximam nobis in tremendo illo iuditio confuſionem, & damnationem afferent. Surgent enim aduerſus Chriſtianos iudices, atq; rectores gentilitatis, & condemnabunt nos iuxta illud Dominicum per Euangeliſtam Matth. traditum cap. 12. *viri niniuitæ ſurgent in iudicio contra generationem iſtam, & condemnabunt eam.* ſed vt ad inceptum propoſitum redeamus. Cirillus lib. 3. contra Iulianum hac de re ſententiam iſtam ſcripſit. *Neq; enim ad ſuſceptam thematis ſi is qui ſcit dirigere auferatur, neq; ciuitas gubernabitur optimis legibus, ſi non præſideat iudices, qui eas ad effectum perducant.*
2 † Sunt itaq; magiſtratus ad rempub. benè gerendam neceſſarij, ſed ij, optimi, & præſtantiores ex toto ſubditorum cætu eligi debent, cum (vt ait Teognis in ſententiis elegiacis, cuius dictum refert Simanc. lib. 6. de repub. cap.
3 1. num. 6. *verisſimile eſt † malum virum malitiam adminiſtrare*; nam, & vt tradit Iamblicus in exhortatione ad philoſophiã. *perinde periculoſum eſt inſanienti gladium, ac improbo viro ma-*
4 *giſtratum committere*; Cum igitur ad † Principem magiſtratũ electio ſpectet, cum ſit de regalibus cap. 1. quæ ſint regalia, immo de iis, quæ ad ſupremã pertinent iuriſdictionem, vt in conſt. ea quæ adſpectaſſe decus, & in conſt. dudum & dudum, & conſt. officia, & adnotarunt ſcribentes in allegatis locis, de quo etiam habemus l. 1. tit. 15. lib. 2. ordinat. Vbi Didac. Perez, & l. 2. tit. 14. par. 3. vbi Greg. Lopez, & tradit Marcus Ant. Surg. de Neap. illuſt. lib. 1. cap. 27. num. 3. & latiùs dicemus in gloſ. ad dictas conſt. debet Princeps nimium in vigilare in magiſtratuũ electione, cum ad rempub. in pace † re- 5
gendam, quæ Princeps felicem hic vitam ducere facit, nihil aptiùs inueniri poſſit, quàm magiſtratus optimus; hi ſunt potiſſima propugnacula, fortiſſima caſtra, & militum potentiſſima ſalus: nam dum populi ab optimis reguntur magiſtratibus, nihil aliud ſibi quærant, quippe cùm magiſtratus optimus in repub. benè viuendi ratione cuncta perſoluat, corda ſubditorum, qui rationales ſunt homines, captat; & veluti rete
piſces, ita ratione corda † hominum ad Principis obedientiã, 6
ac beneuolentiam ducuntur. Hanc rem ſæpè ſæpiùs audiui virum optimum illum Franciſcum Aluarez à Ribera dominum meum dicentem, nihil aliud magiſtratum inueſtigare debere, quàm ad Regis ſui obſequium corda ſubditorum trahere; neq; aliud Regni eſſe fortius munimen, quàm ſubditos Regi beneuolos reddere; idq; fieri iuſtitia, cum æquitate coniuncta: idemq; poſtea reperi approbatum Alexandri Seueri exemplo, qui (vt Ianſen. in prouerb. cap. 20. tradit) eam ſententiam de hac re dixit. *De ſeuero Imperatore traditur, quod cum Mamea mater, & vxor Memia ei obijcerent, quod nimia ciuilitate poteſtatem redderet molliorem reſpondit, ſed ſecuriorem, ac diuturniorem*; Atq; ideo idem Alex. Rom. Imperatorum omnium ferè optimus, qui Conſiliarios habere meruit, Sabinum, Vlpianum, Paulum, Pomponium, Alphenium, Florentinum, Martianum, Calliſtratum, Hermogenum, Venuleium, Triphonium, Meſeianum, Celſum, Proculum, & Modeſtinum omnes iuris profeſſores celeberrimos, quorum faciebat cuncta conſilio, præſides, proconſules, & legatos nunquàm fecit ad beneficium, ſed ad iuditium, vel ſuum, vel ſenatus, & quando aliquos voluit prouinciis iudices dare, vel magiſtratus, aut præpoſitos facere, nomina eorum proponebat, hortans populum, vt ſi quis aduerſus eos quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus; dicebatq; graue eſſe, cum id Chriſtiani, & Iudæi facerent in prædicandis ſacerdotibus, qui ordinandi ſunt, non fieri in Prouinciarum rectoribus, quibus, & fortunæ hominum committerentur, & capita. Idem quoque Princeps
dicere ſolebat, inuitos, † non ambientes in republica collo- 7
candos; Denique Vlpianum virum optimum, & iuris peritiſſimum non tantum pro conſiliario, ſed etiam pro tutore habuit: atq; ideo † ſummus Imperator fuit, quòd eius conſiliis præcipuè rempub. rexit. Hæc ex Lamprid. in vita Alex. Seueri tradidit nobis Iacob. Simanc. lib. de cath. inſtitution. tit. 41. de miniſtris, & eorum offic. num. 2. Et tandem vt ſermonem concludamus Iſocratem ad Demoſthen. adducamus dicentem. *Imperium gerens, nullius mali opera vtitor, illius enim peccatorum cauſa tibi referentur.* Hæc præcepta ſemper ha-
buit ſapientiſſimus ille, atq; prudentiſſimus † Rex Philippus 9
Hiſpaniarum ſecundus, qui ex collegiis iuris peritorum, ac religioſorum præſtantiſſimos eligebat, vel ex Salmaticenſi ſchola doctores, ad inferiora tamen prætoria vallis oleti, vel Granatæ aſſumebat, & ex illis demum quos experientia reipublicæ vtiles maioribus conſiliis, & dignitatibus aſcribebat, propter quod non mirum ſi tot tantaq; Regna tranquilla pace tot annis gubernauit. Hoc itaq; exemplar tantum eis proſignum, vellem vt Principes, qui tam propria, quàm aliena Regna gubernant, ante oculos ſemper haberent.

Vt autem ſciant ipſi, quos eligere debeant, & nos quos Deus tanto muneri præpoſuit, quales eſſe debeamus, non ignoremus, aliqua de hac re in medium afferre volui: Illud in primis memoriæ tradendo, nullum eſſe huiuſmodi officiis præficiendum, qui, & hæc, quæ dicenda ſunt ignoret, aut ante acta

quo vita

IVS REGNI NEAPOLITANI,

EX CONSTITVTIONIBVS, CAPITVLIS, RITIBVS,

Pragmaticis, Neapolitanorum Priuilegijs, tùm impreſſis, tùm etiam non adhuc typis traditis deſumptum.

CAROLO TAPIA I.C. REGIOQVE IN SVPREMO NEAPOLITANO SENATV CONSILIARIO COMPILATORE.

In quo totius Regni Leges, quæ diuerſis in libris legebantur, nunc in vnum collectæ, ac expurgatæ ſub titulis congruo loco ſituatæ commodius reperiri, ac legi poſſunt.

Cum gloſſis Marini Caram. Andreæ Iſerniensis, Bartholomæi de Capua, Lucæ de Penna, Sebaſtiani Napodani, Ioannis Antonij de Nigris, & aliorum.

Quibus acceſſerunt perpolitæ, ac elegantes eiuſdem CAROLI TAPIAE Annotationes in quibus quidquid tàm à Doctoribus Regnicolis, quàm exteris ſcriptum eſt, quidquid etiam deciſum in Sac. Conſ. vel ab Illuſtribus collectoribus traditum, vel ab ipſo compilatore collectum, quod explanationi dictorum iurium conferas videri poteſt.

Addidit idem compilator ad cuiuſlibet Tituli Initium Rubricas concordantes ex Canonico, Ciuili, Hiſpanorum, Gallorum, aliorumq; populorum iuribus, & ad ipſas leges Regni etiam iſtorum populorum concordantes leges.

CVM PRIVILEGIO.

NEAPOLI, Ex Typographia Io. Iacobi Carlini, & Conſtantini Vitali. M. DC. VIII.

IVRIS REGNI NEAPOLITANI LIBER TERTIVS.

EX CONSTITVTIONIBVS, CAPITVLIS, RITIBVS, PRAGMATICIS, AC PRIVILEGIIS NEAPOLITANORVM COLLECTVM.

CAROLO TAPIA IVRECONSVLTO, AC REGIO CONSILIARIO COMPILATORE.

CVM GLOSSIS PLVRIMORVM GRAVISSIMORVM DOCTORVM, ET EIVSDEM AVTHORIS.

De Iudicijs, eorumque ordine, & vbi quis agere, vel conueniri debeat. Rubr. I.

SVPERIORI libro de Iudicantium, eorumq; miniſtrorum officio eſt actū; ſequebatur neceſſariò dicendū de Iudicijs, & ordine quem in iudicando ſeruare debeant, de quo in iſto, & ſequentibus titulis abundè agitur.

Huius igitur tituli materia latiſſima eſt, de qua, tum in lib. Digeſtorum; tum etiam in libro Codicis habemus tit. latiſſimos, quinimmo, & in 2. lib. Decretalium alius tit. de Iudic. & alius de foro competenti, eoſdemque tit. habemus in 6. lib. Decret. in lib. Clement. in lib. Extrauag. Ioan. 22. Apud Hiſpanos in lib. 3. Partitarum tit. 1. in lib. 1. ordinat. tit. 1. & in lib. 4. nouæ recol. lect. tit. 1. De hac eadem re ſpeculator lib. 4. tit. de Iudic. Odofred. tractatu de Iudic. in cauſis ciuilibus Tom. 3. tract. par. 1. vbi plures alij tract. de ordin. Iudic. Plurima per Marant. in ſuo Speculo vbi totam ferè Iudiciorum materiam accuratiſſimè, & practicè nobis tradidit. Hanc etiam materiam ſunt proſequuti practicus Papienſis, Conſal. de pace in ſua praxi. Aſin. in praxi, Ioannes mille: in praxi, Franciæ Iodocus in ſua praxi, Muſcatell. in ſua praxi Sac. Cõſ. & Petr. Greg. Toloſ. in ſintag. Iuris vniuerſi par. 3. lib. 41. cap. 1. & pluribus ſequentibus, vbi quid, quotuplex, quale ſit iudicium, & à quibus exerceri valeat accuratiſſimè de more tradit, ideoque ſummis labijs ad generica huius tit. deueniemus. Dicam tamen aliqua de ordine.

Et in primis † ordinem eſſe firmũ, & rectum firmamentum
1 ſinè quo nihil ſuperedificari poteſt, vt tradit Carauit. ex illo rit. ad rit. 2. de offic. Iuſtitiarij. ſed nos rectius dicamus ordinem eſſe cuiuſque rei de qua agitur ſpiritum, & animam qua corpus, ſiue materia illa de qua agitur informatur, nã quemadmodum anima corpus regit, ita ordo materiam, de qua agitur, qui quidem ſi in cunctis rebus neceſſarius eſt, in iudicijs erit perneceſſarius, nam præpoſteratus ordo nullitatem parit. l. 1. C. de execut. rei iudi. l. 2. C. de iuriſdict. omnium iudic. cap. veritatis de dolo, & contumacia. † ideoque ſenten-
2 tia lata iudiciario ordine non ſeruato eſt nulla ipſo iure, vt tradit Bald. in l. prolatam, ex iſto text. C. de ſentent. & interloqut. omn. iudic.

3 † Hic tamen ordo Iudiciarius non ſeruatur in Iudicijs ſummarijs, nec coram Arbitris, vt tradit Alex. ad Bart. in l. quoties, C. de priuil. Scholarium lib. 10. Cap. r. deciſ. 1. num. 34.
4 Nec † indebito fiſcali Bald. in l. 1. C. quando fiſcus, vel priuatus num. 1. † Nec in Principe Pariſ. conſ. num. 120.
5 vol. 1. † Nec in exigendis tributis, datijs, collectis, & fiſcalibus functionibus Bal. conſ. 434. vol. 1.
6 † Quiquidem iudiciarius ordo conſiſtit in progreſſu à libello vſque ad ſententiam, & eius exequutionem l. pen. circa medium, vbi gloſ. & Bald. num. 4. C. vnde vi. † Hic ergo
7 eſt duplex, alter de ſubſtantia Iudicij, vt libellus, litis conteſtatio: alter verò de iuſtitia, vt teſtium & ſcripturarum productio, de quo latius Carauit. ad ritum 288. num. 2. poſt Afflict. in conſtit. pacis cultum nu. 43. quo quidem ordine hunc tertium librum ordinauimus, vt in eius progreſſu videre eſt, ſed nunc tex. huius tit. agrediamur.

Priui-

---

1 *Priuilegiatus non trahit ad Curiam Regiam alium priuilegiatum, niſi curialis tantum, quando tamen priuilegiatus vult trahere debet iurare perhorreſcere potentiam aduerſarij, quòd fallit in curiali, qui non poteſt agere iure ceſſo.* h d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 228.

* ADDITIO. Item quòd nullus priuilegiatus. *Vide de priuilegiato, & non iurat, idem ſentit Andr. in conſtit. ſtatuimus. de off. mag. Iuſtit. dum de vidua, quia habet fori electionem, ſecundum l. 1. C. quando Imperat. videtur contra, quòd non trahit. Idem dico in Neapolitano, qui virtute capitulorum conceſſorum Neap. trahit, & non trahit, quia habet illam prærogatiuam iure illorum capitulorum.* De Rot.

ITem quòd nullus priuilegiatus * trahat alium T priuilegiatum ad curiam ipſam, niſi ſit T Curialis, ſed cum priuilegiatus trahit non Curiam ipſam, priuilegiatus T iurat, quòd perhorreſcit, excepto curiali, qui non iurat.

Et priuilegiatus trahit ad curiam ipſam in T iure ceſſo, ex cauſa tamen neceſſaria, non lucratiua, excepto Curiali, qui ad curiam ipſam de iure ceſſo non trahit, ſed nullus priuilegiatus trahit ex pœna ſibi ceſſa conuentionali, ſiuè legali.

CARO-

IVS REGNI NEAPOLITANI,

EX CONSTITVTIONIBVS, CAPITVLIS, RITIBVS,
Pragmaticis, Neapolitanorum Priuilegijs, tùm impreſſis, tùm etiam
non adhuc typis traditis deſumptum.

CAROLO TAPIA I.C. REGIOQVE
in ſupremo Neapolitano Senatu Conſiliario
Compilatore.

*In quo totius Regni Leges, quæ diuerſis in libris legebantur, nunc in vnum collectæ, ac
expurgatæ ſub titulis congruo loco ſituatæ commodius reperiri, ac legi poſſunt.*

Cùm gloſsis Marini Caram. Andreæ Iſernienſis, Bartholomæi de Capua, Lucæ de Penna, Sebaſtiani
Napodani, Ioannis Antonij de Nigris, & aliorum.

Quibus acceſſerunt perpolitæ, ac elegantes eiuſdem CAROLI TAPIAE Annotationes in quibus quidquid tàm à Doctoribus Regnicolis, quàm exteris ſcriptum eſt, quidquid etiam deciſum in Sac. Conſ. vel ab Illuſtribus collectoribus traditum, vel ab ipſo compilatore collectum, quod explanationi dictorum iurium conferat videri poteſt.

Addidit idem compilator ad cuiuslibet Tituli Initium Rubricas concordantes ex Canonico, Ciuili,
Hiſpanorum, Gallorum, aliorumq; populorum iuribus, & ad ipſas leges Regni
etiam iſtorum populorum concordantes leges.

CVM PRIVILEGIO.



NEAPOLI, Ex Typographia Io. Iacobi Carlini, & Conſtantini Vitali. M. DC. II.

IVRIS REGNI NEAPOLITANI LIBER QVARTVS.

EX CONSTITVTIONIBVS, CAPITVLIS, RITIBVS, PRAGMATICIS, AC PRIVILEGIIS NEAPOLITANORVM COLLECTI.

CAROLO TAPIA IVRECONSVLTO, AC REGIO CONSILIARIO COMPILATORE.

CVM GLOSSIS PLVRIMORVM GRAVISSIMORVM DOCTORVM, ET EIVSDEM AVTHORIS.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE. *Rubr. I.*

IN præcedenti libro, de Iudicijs tam ordinarijs, quàm ſummarijs, & omnibus alijs ad iudicium pertinentibus actum fuit, Nunc ordinem ab Imperatore noſtro Iuſtiniano in C. traditum ſequentes de contractibus agendũ nobis erit, cumque ex titulis qui ex conſtitut. & alijs noſtri Regni iuribus hoc in libro ſituati ſunt, generalior ſit tit. de emptione, & venditione, uerto ab illo canendendũ duxi.

1 Habet † igitur titulus iſte concordantes titulos. ff. & C. de contrahen. emption. in tit. de action. empti, & in tit. de reſcindendã venditione, tam in lib. ff. quàm in lib. C. Apud Canoniſtas idem tit. de empt. & vendit. & in Decret. agitur in can. qualitas de pœnitentia diſtinct. 5. & in canon. eos 1. q. 1. & habetur in 2. & 3. q. In ll. Hiſpan. habemus eundẽ tit. qui eſt tit. 5. par. 5. & in ll. Fori tit. 10. lib. 3. vbi Montal. In ll. ordinat. tit. 7. lib. 5 vbi Didac. Perez. In ll. nouæ recollect. tit 11. lib. 5. vbi Azeued. & Mathien. In ſtatut. Romanor. lib. 1. cap. 109. & ſequent. Ex iuribus Sabaudiæ concordat 2. pars tit. de donat. vendit. retractu, eorumq; actionibus. & Apud Ianuenſes in ſtat. cap. 21. lib. 1. Ex noſtris verò iure conſultis agunt de hac materia ſpecul. lib. 4. tit. de empt. & Fabianus de Monte in tract. de emption. & vendit. & Franc. Zoannet. ſimiliter de empt. & vendit. ſub pacto retrouendendi in tom. 6. tract. Petr. Gregor. Tholoſan. in ſintagm. iuris lib. 25. cap 1. & ſequent. Anton. Gomez. variar. reſolut. tom. 2. cap. 2. & Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 79. & 80. ex quibus tam in genere quàm in ſpetie percipi poterunt, quæ ad hanc materiam deſiderantur.

Prohibentur emi bona furtiua etiam ſub cautela, quod emant nomine proprij domini. h. d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De empt. & vendit.

REX, ET REGINA, &c.

PErche noi ſemo informati, come in queſto Regno, e precipue in queſta città di Napoli ſi vendono e comprano molte robbe furtate, e li compratori hanno trouata cautela, per fraudare li veri padroni, e dicono nel contratto dell'emptione, che lor comprano per nome e parte delli veri padroni. E perche detta cautela è cauſa che molti robbano trouando compratori, per queſte, & altre ragioni concernenti il quieto, e beneficio di queſto Regno: hauemo deliberato prohibire tal fraude, e però per vigore di queſto preſente Bando che facemo publicare per gli luoghi ſoliti, e conſueti di queſta città di Napoli, che niſſuna perſona debbia comprare robbe d'altri, che dalli veri padroni, ò vero da loro procuratore, e comprandole, non oſtante che vſino detta cautela, volemo che quella non li vaglia in coſa alcuna, ma ſiano obligati reſtituire le robbe alli veri padroni, e non poſſano quelli coſtringere à quello c'haueranno ſpeſo à comprare.

Datum in Caſtello nouo Neap. 8. Iulij 1540.

Conſaluo Fernandes Duque de Terra noua.
Ioannes de Tufo. Bernardinus Bernaudus.
In Cur. 3. fol. 16.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

AD hanc pragm. plura annotauit Scipio Rouit. qui adducit Menoch. de præſumpt. lib 1 quæſt 71. qui allegat ſemetipſum in lib. 5. quæſt. 14. Sed reuera eſt quæſtio 29. nu. 13. & ſequent. † vbi tradit emptorem rei furto ſubtractæ ad illius reſtitutionem teneri pretio non ſoluto, † etiam ſi pro- 1
teſtetur nomine Domini emere, dummodò pretium reſtitua- 2
tur vt per eum.

Vide etiam ad hanc pragmaticam aliam æditam ab Illuſtriſſimo Duce Oſſunæ, quæ eſt 22. inter pragmaticas ab illo editas, à nobis ſub tit. de furtis collocatam, vbi etiam aliæ diſpoſitiones ad iſtam conferentes.